

*Theotmar überträgt dem Kloster St.Gallen seinen Besitz in Denkingen.*

*Or. (A), StiftsA St.Gallen, II.161. – Pg. 29/12 cm; zwei kl. Pg.löcher. – Rückvermerk (1. Hälfte 9. Jh.): De Thanchingas; (1. Hälfte 9. Jh): Traditio Theotmari; (um 830): Cap. XXIII; (13. Jh.): De Tanchingin (Abb.: Clavadetscher/Staerke, S. 61).*

*Druck: StiftsA St.Gallen, Bd. 61, S. 218 (Klosterdruck). – Neugart, Cod. dipl. Alem. I,314. – Wirt. UB I,114. – UB St.Gallen I,237. – ChLA<sup>2</sup> CI,35.*

*Regest: Hidber, Schweiz. Urkundenreg. I,284.*

(C)<sup>a)</sup> Ego enim in dei nomine Theotmarus pro anime meę remedio et uxoris meę videlicet Ratsinda vel pro aeterna retributione trado atque | transfundo ad monasterium sancti Galli quicquid in hac presente die visus sum iure proprietatis possidere in villa, quę dicitur Thanchinga<sup>1</sup>, | terris, pratis, silvis, aquis aquarumque decursibus vel quicquid dici aut nominari potest, omnia ex integro<sup>b)</sup> ad prefatum trado monasterium; | ea videlicet ratione, ut dum vixero inde annis singulis censum persolvam, id est dimidium solidum in argento, in cera et in pecoribus vivis seu | et in grano. Post obitum vero meum si prefatas res habere vult videlicet Uuolfbertus, cum eodem censu proserviat annis singulis ipse videlicet tantum. Et post amborum nostrorum obitum res predicta ad monasterium revertatur absque ulla contradictione perpetualiter possidendum. | Si quis vero est, quod fieri non credo, si ego ipse, quod absit, aut ullus de heredibus meis contra hanc traditionem venire voluerit aut eam inrumpere conaverit, | ad fiscum multa componat, id est auri untia I, argenti pondera II, et quod repetit evindicare non valeat, sed presens traditio omni tempore | firma et stabilis permaneat cum stipulatione subnexa. Actum in ipsa villa, quę dicitur Thanchingas, publice, presentibus, | quorum hic signacula continentur. Sig. ipsius Theotmari auctoris huius traditionis. sig. Kaganharti. sig. Panzonis. | sig. Liuuihonis. sig. Amalberti. sig. Egilharti. sig. Einharti. sig. Altolfi. sig. Egilberti. sig. Heriberti. sig. | Otberti. sig. Rihgeri. sig. Chuniberti. sig. Rihharti. sig. Uuallodi. sig. Heimonis. | Ego itaque Hilteratus rogatus scripsi et subscripsi (SS). Notavi die dominico, VI id. oct., | regnante domno Hludouuico rege anno VI, et sub Tisone comite<sup>2</sup>.

<sup>a)</sup> *Chrismon 5,5 cm lang. – <sup>b)</sup> o korr. aus u.*

241. <sup>1</sup>Denkingen, Lkr. Tuttlingen BW. – <sup>2</sup>Tiso, 818–825 Graf. 243. <sup>1</sup>Hohenfirst, Gem. Waldkirch SG. – <sup>2</sup>Rihwin, 808–822 Graf.